M
618a

4°. 16 ung. Bl. (letzte S. leer) A-D4.

VD 4126

RESPONSIO AD CRIMINATIONES STAPHYLI ET AVII EDITA.

A

PHILIPPO MELAN-
thone.



VVITEBERGAE.

1558.

Clariss.° viro D.
Martino Seyber
Martinus Sibers

Dei, Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ab his Eccleſijs, nec futurum me eſſe ſocium eorum, qui idola defendunt, & ſeuiciam in homines innocentes exercent.

Nihil dubium eſt in hac ultima & delira ſenecta mundi ſubinde maiores dilacerationes Eccleſiarum futuras eſſe, in quibus ut filius Dei ſeruet agmen retinens doctrinæ puritatem & ueram inuocationem, in qua multi ſint heredes ſalutis æternæ, aſſiduis gemitibus & uotis petamus. Sed tamen & Principes, & alios gubernatores & doctores oportebat etiam ſui officij memores eſſe, prohibere rixas non neceſſarias, frenare curioſitatem leuium ingeniorum & φιλονεικίαν, ſumma uigilantia pium conſenſum tueri, ſanabiles placide in uiam reuocare, & inſanabiles iuſta ſeueritate reprimere. Hæc ut fiant toto pectore opto, nec piorum & doctorum iudicia defugio, nec eis refragabor.

DEO SIT LAVS.

PRECATIO.

Quantus erat dolor in Cananea matre puellæ,
Cuius mens furijs exagitata fuit.
In tanto nunc eſt Eccleſia mœſta dolore,
Doctorum furias cum uidet atq; Ducum.
Sed tu gnate Dei gemitus audito precantum,
Nulla uenit nobis te niſi dante ſalus.
Tu procul a nobis ſeuos depelle furores,
Et ſanes uerbo pectora noſtra tuo.
Quamuis ira tui nos urget iuſta parentis,
Et ſumus ut turpes nos rea turba canes
Attamen ut timide ſub menſa captat herili,
Eſuriens modicas parua catella Dapes;
Sic cum dira fames noſtros abſumpſerit artus,
A menſa petimus pabula Chriſte tua.
Gnate Dei generis noſtri maſſam induis ut nos,
Viuifica infirmos hæc tua maſſa gerat.